

quod Regem non solum Christianum, verum etiam Reforma-  
 reformati et supplicio ipsi maculant, eundemque ut verè mi-  
 ut piū, ut justum, ut pacificum patrem patriæ percusserunt,  
 nemum tanquam novum, tanquam inauditum Annalibus est inse-  
 dum. Quod si qui natus patrem etiam discolum et durum oc-  
 cideret, pro parricida merito puniendus; quanto autem magis ille  
 parricidii incurrit crimen, qui Regem, i. e. Patriæ parentem inter-  
 cit, quamvis morosum, iniquum, impotentem, crudelē et tyran-  
 num. Imò quanto magis pro parricidio foret culeo insuendus,  
 qui bonum Patrem filius necaret, et civis, qui bonum Regem?  
 Naturale profectò hoc est, ut parentes colamus, ut patronos,  
 ut Dominos revereamur, ut his Severis etiam et asperis, non  
 nocemus. Idem de Rege nobis est observandum, utpote qui hæc  
 omnia solus est, et tantò quidem magis: quia omnes patres, omnes Pa-  
 trones, omnes Dominos sub suo unius patrocinio, clientela, ditio-  
 ne ac dominio continet. Nempe, quemadmodum pater naturalis,  
 quamvis asperior sit ac iniquior, imò etiam severior, quam par est,  
 non potest sine grandi scelere à liberis eode tolli, ita nec eum, qui  
 publici parentis vicem gerit, licet molestā et injustā dominati-  
 one sibi subjectos premat, sine aperto parricidii crimine fas est  
 occidi. Etenim, ut pater non desinit esse pater, quamvis in libe-  
 ros ipsius patriæ potestatis severius exerceat: sic Rex, qui Impe-  
 rium in subditos durius exercet, appellationem Patris patriæ  
 non perdit. Date veniam, Auditores, ut heic loci Orationem  
 meam non nihil circumagam, atq; deflexurus paulisper ab  
 ea, quem pressi hac tenus, orbita, de Rege ipso quædam ad-  
 dam. Non quod id magnopere necessarium esse putem, quæ causa,  
 qui sua virtute ac conscientia satis firmiter munitus, externis  
 aliorum laudibus facile carere potest; sed quod existimen ju-  
 stiore ista excursionē invectivam meam niti. Ne quidem di-  
 versa hominum de incomparabili Rege CAROLO STUARTO  
 non sunt iudicia, alii quippe impietatis eundem arguunt,  
 alii Tyrannidis accusant, contra ea tamen multi sunt, qui  
 ad regnum usq; laudibus tollentes CAROLUM, nunc Patrem,  
 nunc Protectorem Angliæ eum proclamant. Nempe, ut Sol  
 pector ille siderum, cum eo in lumine, opera omnia lustret,  
 tamen indurat, alia contra liquecere facit: ita et tua  
 Carole